



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De piscibus mortuis in flumine inuentis. xcii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

De illis qui cibum immunda manu tactum comederint,
vel si canis, aut aliquod animal immundum cibum
tetigerit. Cap. IXXXIX.

Ex codē.

Q UOD si casu quis immunda manu cibum tangit,
vel si canis, vel pilax, aut cattus, mŭsve, aut animal
immundum, sanguinem hominis edit, nō nocet, &
qui pro necessitate famis manducat animal quod immū-
dum videtur, vel auē, vel bestiā, misericorditer pœniteat.

De illis qui sanguine, vel aliquo immundo
polluuntur. Cap. XC.

Ex codē.

Q UOD si sanguine, vel quocunque immūdo polluitur,
si nescit qui manducat, leue est: si autem scit, pœ-
niteat iuxta modum pollutionis.

De illis qui sanguinem, aut semen biberint. Cap. XCI.

Ex codē.

Q UOD si sanguinem, aut semen biberit, sciens pro al-
qua re, tres annos pœniteat.

De piscibus mortuis in flumine inuentis.
Caput XCII.

Ex codē.

P ISCIS mortuus in flumine inuētus non est edēdus: qui
non est venatio hominis: si verō piscando tactus fue-
rit, & ipso die inuentus fuerit, qui non hæsitat, māducat,
qui autem dubitat, non manducet.

De clericis qui a dæmonio vexantur.

Caput XCIII.

Ex cōcil.

Aurelia.

cap. 6.

S I quis clericus vexatus fuerit a dæmonio, decem annos
pœniteat, & inter audiētes stet, & ad sacros ordines
adducatur. Si bene egerit, & per Dei gratiam liberatus fue-
rit, sit in reliquis officiis ecclesiasticis.

De illis qui parentum honorem non seruant.

Caput XCIII.

Ex pœni-

tentiali

Romano.

S I quis inhonorauerit patrē aut matrem, tres annos pœ-
niteat. Quōd si manum leuauerit, aut ei percussione
tulerit, septem annos pœniteat.

Quōd pœnitenti nulla negotia exercere conueniat.

Caput XCV.

Ex decretis

Leonis

papæ, ca.

23.

Q UOD Valitas lucri negotiātem, aut excusat, aut arguit
quia est honestus questus, & turpis. Veruntamen
pœnitenti vtilius est dispendia pati, quā periculis
negociationis obstringi: quia difficile est inter emer-
tes, vendentesq; cōmertium, non interuenire peccatum.